

tit. de instrument. edition. §. nunc verò aliqua, col. penult. vers. sed numquid iudex secularis, et l. 5. D. de alim. et cibari. legat. Bart. in l. 1. col. 2. vers. advertendum, D. de legat. 2.

(2) Del pueblo. Nota bene, et adde l. nulli, C. de Episcop. et cleric. et in authentic. de ecclesiast. titul. cap. 11. vers. si autem qui hoc facere, et per Roman. consil. 69.

(5) Obispos. Concordat l. nulli, C. de Episcop. et cleric. et cap. nos quidem, de testam. et advertit, quòd si ante executionem est necessaria electio, veluti pauperum in quos debet distribui, si talis elector vel declarator non eligat intra annum, jus ipsum eligendi devolvitur Episcopo, Ang. Philip. Corn. et Jaso. per textum ibi in l. fin. §. 1. C. communia de legat. Cardin. Joann. de Imol. et Barb. in dict. cap. nos quidem, licet Bart. in l. cum quidam, D. de legat. 2. voluit isto casu talem electorem posse eligere etiam post annum, excluso Episcopo: et Abbas referens Bartolum in dict. cap. nos quidem. Et prior sententia videtur verior ex eo, quia pravia electio requiritur, sine qua non potest fieri executio: neque ad id obstat l. Taurina 55. illa enim loquitur in potestate essentiali, non in potestate electionis super re deposita à testatore, juxta notata per Bald. in l. captatorias, C. de testam. milit.

(4) Albaceas. Isti executores dicuntur dativi, de quibus vide per Specul. tit. de instrum. edition. §. nunc verò aliqua, col. 5. vers. dativi. Et si testator velit excludere Episcopum ab hoc, substituatque testator alios executores in negligentia priorum, ut tradit Bald. in authent. licet, C. de Episcop. et cleric. non tamen poterit testator iterum substituere negligentem, ut tradit Baldus ibidem, et facit cap. commissio, de elect. lib. 6. et potest induci ad questionem, ut si tendens ad mortem aliquis fecit majoriam, et commisit alicui, ut ponat condiciones et prohibitiones quas voluerit, et talis commissarius in prohibitione alienationis disposuerit, quòd possessor alienans non perdat rem majoriæ, et quod ipse et non sequens in gradu repetat illam, quod non valeat talis dispositio, quia esset subvertere majoriam et contra jus.

(5) Heredero. Si verò hæres exequatur, et non sit negligens, Episcopus se non intromittit, ut dixi suprâ eod. l. 1.

LEY VIII.—Que pena deuen auer los Testamentarios, quando maliciosamente aluengan de cumplir las mandas.

Por malicia, o por descuydamiento, non queriendo los testamentarios cumplir las mandas que ouiesse alguno dexado en su mano, si por tal razon como esta, seyendo amonestadas (1), fueren tollidos deste officio por juyzio (2), pierden aquella parte (3) que deuen auer en el testamento (a). Fuera de si alguno dellos fuesse fijo del testador, ca este atal non deve perder la su legitima parte (4), que los fijos deuen auer en los bienes del padre, por razon de la naturaleza; segun diximos en el titulo de los Testamentos, en la ley que comienza, Religiosa vida (b).

(a) Suele remunerarse al albacea cuando se cree que tal es la voluntad del testador.

(b) Que es la L. 17, tit. 1 de esta Partida.

LEX VIII.—Si executor testamenti ad exequendum monitus, non exequitur et negligens fuerit, judicialiter ab executione remotus perdit quod erat ex illo testamento habiturus, nisi sit filius testatoris, cui legitima conservatur. Hoc dicit.

(1) Amonestados. Cùm non dicat hanc monitionem à iudice debere fieri personaliter, sufficere si ex decreto iudicis per alium fiat, ut apertè probatur in authent. de hæred. et Falcid. §. si quis autem non implens, licet Ang. ibi tenuit contrarium, et alii Doctores. in authent. hoc amplius, C. de fideicom. et etiam ex ista lege videtur, quod tempus præfixum ad exequendum currat à die monitionis; sed contra suprâ eod. l. 6. ubi dicitur, quod currit anno à morte testatoris, potest dici, quod ista lex intelligatur juxta formam textus in authent. de ecclesiast. titul. cap. si quis autem pro redemptione, vers. si autem qui hoc facere jussi sunt, et authent. licet, C. de Episcop. et cleric. ut etiam ante annum, si executor bis fuerit monitus ab Episcopo,

constituatur in negligentia, et auferatur ab eo officium executionis, et transfertur in Episcopum, et perdat quod sibi relictum fuit in testamento, prout etiam hic dicitur, et tradit Specul. tit. de instrument. edition. §. nunc verò aliqua, col. penult. versic. illud etiam queritur, quæst. 82. quem tamen textum Imola in dict. cap. nos quidem, de testam. et Salic. in authent. hoc amplius, C. de fideicom. col. 2. intelligunt quoad legata pia, ista tamen lex Partitarum indistinctè, et generaliter loquitur. Quod ergo habetur suprâ l. 6. procedet, quando nulla præcessit, vel non bina monitio, ut tunc annus, de quo ibi, currit à die mortis testatoris, etiam nulla præcedente monitione, data tamen scientia executoris, prout dixi in dict. l. 6. in glossa super parte fasta vn año; quando verò præcessit monitio, non requiratur cursus anni, sed constituatur in negligentia, ex quo monitus neglexit exequi, juxta dispositionem dicti §. si quis autem, et hujus legis. Sed an sufficiat tali casu unica monitio, vel requiratur bina? Videtur binam requiri, prout habetur in dict. §. si quis autem, quia cùm agatur ad amissionem lucris eis à testatori relictis, non debet sufficere unica monitio, sed requiritur bina, et ita sit intelligenda lex ista Partitarum: quod planè procedit in legatis piis, juxta dictum §. si quis autem; in aliis verò legatis, executore negligente, sufficeret unica monitio cum transcurso anni à die monitionis factæ per iudicem vel ejus decreto, ut quis privetur commodo sibi à testatore relicto, prout voluit Glossa in dict. authent. de hæred. et Falcid. §. si quis autem non implens, et ibi Bartol. et Angel. et tenent communiter Doct. in authent. hoc amplius, C. de fideicom. Respectu verò devolutionis ad Episcopum propter negligentiam, vel ad alium executores à testatore provisum in tali negligentia, juxta id quod notat Bald. in authent. licet, C. de Episcop. et cleric. sufficeret unica monitio cum transcurso anni, ut in dict. cap. nos quidem; vel etiam sine aliqua monitione cum transcurso anni à die scientiæ executoris, ut dixi suprâ eod. l. 6. de quo qualiter procedat in relictis ad non piis causas, vide per Abb. in cap. si hæredes, de testam. col. 5. versic. venio ad tertium.

(2) Por juyzio. Et sic videtur, quòd requiratur ad hoc ut executor perdat lucrum sibi à testatore relictum, quòd proferatur prius sententia privationis ab officio executionis contra eum; quòd nullibi, si bene memini, reperitur expressum in jure communi, imò ex sola monitione cum transcurso anni ipso jure, tam hæres non exequens seu non adimplens voluntatem testatoris, quàm alius legatarius vel fideicommissarius, seu quicumque qui commodum ex testamento consequitur, cui incumbit tale onus adimplendi voluntatem defuncti perdit, tale relictum, ut habetur in authent. de hæred. et Falcid. cap. 1. §. si quis autem non implens, et §. 4. vers. in omnibus, et vers. his omnibus, et ibi tenet Azon. in summ. et etiam Glossa ibi, et Doctores; et Doctores communiter in authent. hoc amplius, C. de fideicommissis. licet Paul. de Cast. ibi col. 2. voluit sententiam requiri super tali privatione, quem Jas. ibi dicit inadvertenter loquutum. Bartolus etiam post Jacob. de Bellovis. in authent. de jurejur. à moriente præst. coliat. 5. vult, quòd requiritur sententia, cùm dicit, quod aut hæres est inobediens in faciendo aliquid contra voluntatem defuncti, et tunc privatur ipso jure; si verò inobediens sit negligendo implere voluntatem defuncti, tunc non privatur ipso jure, et allegat notata in dict. §. si quis autem non implens. Quidquid ergo sit de jure communi in hærede et cæteris, quantum ad executores tenendum videtur, quòd requiratur sententia super privatione officii propter negligentiam, prout lex ista apertè vult, et lata tali sententia lucrum ex testamento perdet executor ipso jure, prout est magis communis opinio. Tene ergo menti legem istam Partitarum, nisi fortè dicas, quòd in hac lege supplendum sit maximè, ut per hoc dicat, maximè sit propter hoc per sententiam sublatis ab officio executionis, cùm ut dixi, nullibi in jure communi hoc inveniam; sed quia materia est pœnalis, primum magis placet.

(3) Aquella parte. Concordat cum cap. si quis autem pro redemptione, vers. si autem qui hoc facere jussi sunt, de eccles. titul. juncto cap. 1. §. 4. vers. his omnibus, de hæred. et Falcid. ubi etiam de hærede, et aliis, et in authentic. hoc amplius, C. de fideicommissis. ubi vide 8. limitationes per Jas. Vide etiam in cap. si hæredes, de testam. et adde, quòd ut pœna illius authenticæ procedat in hærede, requiritur, quòd hæreditas sit ab eo adita, ut tenet Bart. in dict. §. si quis autem non implens, per §. semper igitur, ibi: inde votè res adeunt, de hæredibus et Falcid. in princ. Advertit etiam, quòd hæres minor adversus talen negligentiam restituatur, ut hæreditatem non perdat, ar-

COMO SE PUEDE MENGUAR LA MANDA, E FASTA QUE QUANTIA, A QUE DIZEN EN LATIN, FALCIDIA, O DEBITUM BONORUM SUBSIDIUM, O TREBELLIANICA.

Conuenible cosa es e con razon, que el heredero de cada vn ome aya los bienes de aquel a quien deve heredar, o cierta parte dellos. Ca desaguizado seria de auer nome de heredero, e non le venir ende pro ninguno (1). E porque acaesce a las vegadas, que los omes esparzen, e derraman todos sus bienes fazendo mandas dellos, de manera que non finca al heredero aquella parte que deuia auer por derecho (a). Porende pues que en el titulo ante deste diximos de las mandas, e de los testamentarios, que las han de pagar; conuiene que digamos en este, quanto es lo que el heredero puede sacar de cada manda, quando non ouiesse aquella parte que deuia auer. E de que cosas puede esto ser fecho. E en qual manera, e en que tiempo.

(a) Entre los romanos era tan necesaria la institucion de heredero, que sin ella era nulo el testamento, y por eso la institucion se consideraba *caput et fundamentum totius testamenti*, extendiéndose la nulidad al caso en que el heredero instituido no quiesse ni pudiese aceptar la herencia. Anulado el testamento por esta causa; caducaban tambien las mandas, legados y demas disposiciones, pues que los agraciados en ellas no podian concurrir con los herederos legitimos ó *ab intestato*, á quienes pasaba la herencia por falta de heredero testamentario, porque lo impedia la regla de derecho *nemo potest pro parte testatus et intestatus decedere*. Para evitar los inconvenientes indicados, se trató de interesar al heredero instituido á fin de que aceptase la herencia, concediéndole la cuarta parte de los bienes, cuya porcion podia completar rebajando las mandas á prorata en el caso de que el testador hubiese distribuido en legados todos sus bienes. Esta fué invencion del tribuno Falcidia, y por eso la expresada cuarta parte se llamó cuarta falcidia. Mas como en España, en virtud de la famosa L. 1, tit. 48, lib. 40 de la N. R., no solamente es válido el testamento y todo lo dispuesto en él cuando el heredero instituido no puede ó no quiere aceptar la herencia, sino tambien aunque el testador no haya hecho heredero alguno, parece que no hay ya entre nosotros la utilidad de interesar al heredero con la cuarta falcidia, cuya disposicion pasó á nuestro derecho; y existe la cuestion de si está ó no vigente. Parece mas probable la opinion afirmativa, aunque no tiene otro fundamento que evitar que el nombramiento de heredero sea ilusorio. Esta advertencia podrá tenerse presente respecto á las leyes de este título. Véase tambien nuestra nota á la L. 14, tit. 3 de esta Partida.

TITULUS XI. DE FALCIDIA, ET TREBELLIANICA.

(1) Ninguno. Habes hic unam rationem, quare fuit introducta Falcidia, alias vide per Bart. in l. nemo potest, col. 1. D. de legat. 1. et advertit quod locum habet Falcidia etiam favore hæredis succedentis ab intestato, l. filiusfamilias, D. ad leg. Falcid. Quid autem in legatario, an possit detrabere Falcidium de suo legato alteri legatario? Jacob. Butri. tenuit, quod sic, si totum fuit legatarius jussus restituere alii legatario; Gloss. tamen tenet contrarium in authentic. de hæred. et Falcid. in princ. §. his igitur, et ibi Bart. Gloss. etiam, et ibi Bald. in l. 1. fin. col. C. communia de legat. vide textum in l. pœnales, §. si Titio, D. ad leg. Falcid. de fideicommissario universalis, an detrabat, si hæres non detraxit? Vide per Bart. in dict. §. his igitur, et per Joan. de Imol. et Alexand. in l. 1. §. denique, D. ad Trebell. et Azon. C. eod. in summa, column. 1.

gumento l. 5. §. et si hæres, D. de minor. et idem videtur dicendum in hospitali, vel ecclesia, quia licet subiaceat pœnis illius constitutionis authentic. de hæred. et Falcid. ut probat textus, et ibi notat Bart. in dict. authentic. in §. fin. in fin. tamen competet restitutio, sicut minori. An autem pœna illius authenticæ procedat in hærede hæredis, si primus hæres decessit ante moram? Vide per Bart. in consil. 7. incipienti, factum tale est, Andreas quidam, ubi distinguere videtur, an primus hæres fuerit nominatim gravatus pœnali gravamine, si non impleret, et tunc pœna non transeat ad hæredem; aut non nominatim, et tunc transeat; cum quo transit Alexand. in l. fin. C. de hæred. institut. quod dictum procedit quando testator specialiter providit de pœna contra hæredem non adimplentem, si verò de hoc non fecit aliquam provisionem, sed dimisit in dispositione juris communis, Bartolus hoc non decedit: et videtur, quòd primo hærede decedente ante moram, hæres substitutus incurrat in pœnam dictæ authenticæ, ex regu à dictæ l. fin. C. de testam. quod hæres hæredis testatoris est hæres; si verò decessit post moram, tunc videtur, quòd recurrendum sit ad cautionem, de qua dicta authentica, et in corpore unde sumitur, et non ad aliam pœnam. Et ex prædictis decidit questionem, si conditor majoriæ gravavit nominatim illum quem primò loco vocabit, ut impleret suum testamentum, sub pœna perditionis majoriæ, et ex ejus constitutione in pœnam non adimplentis devoluta est ad alium majoria, quòd si illè non impleat, non perdet majoriam; et his adde glossam singularem, et ibi Bart. et alios in l. recusare, D. ad Trebell. Bald. in l. cum alienam, col. 2. C. de legat.

(4) Legitima parte. Adde dict. authent. hoc amplius. et in corpore, unde illa sumitur, et ex generalitate hujus legis poteris dicere, quòd ejus dispositio, et dispositio dictæ authenticæ procedat, etiamsi negligentia sit in exequendis legatis piis, de quo Glossa possuit opiniones contrarias in cap. Sylvester, 11. quæst. 1. ubi Archidia. et Dominicus tenent contrarium, imò quòd illa authentica, quatenus disponit de excipienda legitima, non procedat in legatis piis, et sic quòd legata pia solvantur integraliter absque deductione legitime, et quod propter talem negligentiam circa legata pia, filius perdat legitimam: tenent etiam Hostiens. Joan. And. et Ancharran. ibi; et istam esse communem opinionem attestatur Imol. in dict. cap. si hæredes, de testam. Contraria tamen opinio, imò quòd etiam tali casu filius non perdat legitimam, videtur probabilior, ex eo quod in dicta authent. hoc amplius, fit mentio legatæ libertatis, quod est legatum pium, l. 1. §. si autem, C. de commun. serv. manum. et ibi Baldus, et nihilominus ibi statuitur, quod legitimam adhuc habeat filius. Item legitima non dicitur lucrum, sed quasi debitum, l. si quis legatum, §. fin. ubi glossa notabilis, D. de fals. cùm ergo illi imponant pœnam amissionis lucris hæredi negligenti solvere legata pia, ut in authentic. de eccles. titul. cap. 11. vers. si autem qui hoc facere jussi sunt, non debent extendi ad amissionem legitime: et hanc sententiam tenent Cardin. Abb. Imol. et Barbat. in dict. cap. si hæredes. Bald. in authent. hoc amplius, C. de fideicommissis. Sylvest. in summa, in verbo testamentum, la 2. quæst. 40. Didacus à Segura in repetit. l. 5. §. fin. D. de liber. et posthum. fol. 7. col. 1. ex hoc inferens filium, cui pater relinquit tertiam et quintam partem bonorum, differentem seu negligentem exequi per annum patris ultimam voluntatem, amittere quintam partem, non verò tertiam, quæ legitime portionis pars est; hanc etiam opinionem sensit Glos. in dict. cap. si hæredes, in fin. et istam dicit communem opinionem Joan. Lericier in tractat. primogenituræ, lib. 5. quæst. 6. et sequitur Carolus Molin. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 8. in gloss. 5. quæst. 1. Tenet etiam Didacus à Covarr. in dict. cap. si hæredes, ubi respondet ad cap. licet, de voto, post Carol. ubi suprâ, quod ibi filius propria promissione se astrinxerat ad executionem voti paterni, et ideo sub pœna anathematis etiam Papa jubet suam promissionem adimplere, et quod alias noverit se regno privandum: cessante verò propria promissione, non processerat ibi Papa ad regni privationem ex non adimplitione voti paterni tantum.

LEY I.— Quanto es lo que el heredero puede sacar de cada manda quando non ouiesse aquella parte que ha de auer; e en que cosas lo puede fazer.

Falcidia es llamada en latin, la quarta parte de la herencia, que deve auer el heredero extraño, a lo menos, de los bienes del finado, por razon que era escrito en testamento de otro. E porende dezimos, que quando algun ome faze manda de todos sus bienes, de manera que non dexa al heredero la su parte que deve auer, estonce el heredero puede abaxar de cada vna de las mandas (1) la quarta parte della, e retenella para si. E si por auentura el testador non fizesse mandas de todos sus bienes, pero menguasselos, de guisa, que el heredero pagando enteramente las mandas, non le fincaria en saluo la su parte; dezimos, que bien puede abaxar de cada vna de las mandas aquello que de mas mandare (2), e retenerla para si, fasta que aya su derecho. E este abaxamiento se deve fazer de cada manda, segun fuere la quantia dellas. Mas si los herederos fuessen de los que descienden, o suben por la línea derecha del fazedor del testamento, estonce deuen auer la su parte legitima (3), a que llaman en latin, debitum jure naturæ; assi como diximos de suso en el titulo de los que pueden fazer testamento, en la ley que comienza, Religiosa vida (a). Otrosi dezimos, que el heredero puede sacar su parte, assi como diximos, de todas las mandas, o donaciones (4) que los testadores fazen por razon de su muerte.

(a) Que es la L. 17, tit. 1 de esta Partida.

LEX I.— Hæres extraneus institutus debet habere quartam quæ dicitur Falcidia, quando gravatur multis legatis, ita quod excedat alias tres partes hæreditatis, et resecatur de quolibet legato, ut habeat dictam quartam: si verò hæres institutus sit de descendentibus testatoris, habere debet legitimam debitam jure naturæ. Hoc dicit.

(1) De las mandas. Adde l. 2. C. ad leg. Falcid. et l. in quantitate, §. fin. l. Plautius, et l. lineam margaritarum, D. eod. et non potest detrahere falcidiam in una re tantum, ut notat Azon. C. eod. in summa, col. 2. Gloss. in dict. l. 2. et vide per Bart. in l. in quartam, D. eod. et adde l. 2. in fin. infra eod. Quid autem de eo, quod detrahatur de legatis, ut legata, quæ excedunt patrimonium, reducantur ad viris patrimonii? Dic quod illa pars, quæ excedit, detrahatur de omnibus legatis tam piis quam non piis ad dictum effectum, licet aliàs de legatis piis non deducatur Falcidia, quæ debetur jure institutionis, ut in authent. similiter, C. eod. et infra eod. l. 4. probatur hoc bene in l. si certarum, §. fin. D. de testam. milit. et tenet Joan. And. in addition. ad Speculat. tit. de testam. §. 1. super verbo quid si legatum, in fin. tenet etiam Alberic. in l. si quis ad declinandam, C. de Episcop. et cleric. Joan. de Imol. Paul. et Alexand. in l. si post missionem, D. ad leg. Falcid. Bart. in dict. authent. similiter. Dicit tamen singulariter Angel. in dict. l. si certarum, §. si miles, hoc esse verum, si legata consistunt in quantitibus, secus si in speciebus consistenter, nam tunc illa, quæ sunt in speciebus hæreditariis, præstabuntur integra; pro quo bene facit textus in l. si fideicommissorum, D. ut in pos. leg. idem tamen Angel. in l. quærebatur, D. ad leg. Falcid. per illum textum tenet contrarium, imo quod pro rata detrahatur de quolibet legato, sive consistat in quantitate, sive in specie; et ibi respondet ad notata per Glossam in l. si verò composita, D. de testam. milit. quæ dicit non fieri compositionem neque contributionem, cum quædam legata consistant in specie, quædam in genere; quia dicit se intelligere illam glossam, quando omnia legata sunt intra vires patrimonii, sed quando exhauriunt patrimonium fortè in longè pluri, tunc ad compositionem venit per dictam l. quærebatur. Paul. de Cast. fuit in hoc sibi contrarius, ut refert Alexand. in dict. l. quærebatur, ubi ipse tenet opinionem Angeli tanquam tutio-

rem, quam etiam dicit tenere Bald. in l. 2. §. 1. D. de condit. indeb. ubi respondet ad dictam l. si fideicommissorum: et idem tenet Bald. in l. 2. ad fin. C. ad leg. Falcid. et in l. licet, eod. tit. ubi dicit, esse ad hoc textum expressum. Adverte etiam, quod pretium servorum manumissorum ex judicio defuncti deducitur de hæreditate tanquam æs alienum, et per consequens deducitur ante omnia legata, ut in l. si servus, cum l. sequenti, et l. æris, D. ad leg. Falcid. l. 1. §. in quibusdam, D. si cui plus quam per leg. Falc. sed intelligendum est, ne in hoc decipiari, respectu legis Falcidiæ debita jure institutionis, non verò respectu diminutionis fiendæ propter defectum patrimonii, secundum Bart. in dict. authent. similiter, et quia est eadem ratio in aliis legatis piis, quæ tamen diminuuntur ut dixi, propter defectum patrimonii; quod tamen subintelligerem; et limitarem, quando ageretur de præjudicio legitimæ filiorum debita de jure naturæ, quia illa non debet minui etiam propter libertates legatas servis, ut notat Gloss. in l. Papinianus, §. quarta, D. de inoffic. testam. cessante vero legitima, tunc etiam propter defectum patrimonii non debent minui legata talia libertatis, sed deducuntur ut æs alienum, ut probat textus apertus in dict. §. in quibusdam. Nota etiam quod legatum dotis factum filia per patrem ante omnia alia legata deducitur, tanquam æs alienum, et sic aliis legatis præjudicat, Bartolus notabiliter in l. 2. §. si sponsa, D. de privileg. creditor. Bald. novel. in tractat. de dote, fol. 34. col. 3. vers. 1. privilegium. De legato autem alimentorum, vel ususfructus, seu in annos singulos, quomodo defalcetur, vide l. cum Titio, et l. hæreditatum, D. ad leg. Falcid.

(2) Mandare. Adde dict. l. in quantitate, §. fin. D. eod. et Institut. eod. §. fin.

(3) Super parte legitima. Satis apertè probatur hic, filium vel patrem non posse detrahere duas quartas, debitam scilicet jure naturæ, et aliam debitam jure institutionis; quod patet ex dictione mas, que latinè sed, adversatur in jure et in facto, l. 2. D. si quis in jus. vocat. non ierit. Gloss. et Bart. in l. qui ususfructum, D. de verbor. oblig. et in l. prætoris, §. 1. D. de prætor. stipulat. habebit ergo filius legitimam debitam jure naturæ tantum, ut hic vides, et non quartam Falcidiam debitam jure institutionis, licet ei locus esset, eo quod hæreditas onerata esset legatis piis, vel conditionibus, vel in diem. Et hujus sententiæ fuit Azon. in summa, authent. de hæred. et Falcid. column. 2. vers. hic autem queri potest, ubi querit, an alicui plures Falcidiæ competere possint, ut si filius fuerit institutus, et in totum restituere rogatus; an quartam Trebellianicam, et jure naturæ debitam possit habere: vel si fuerit legatis oneratus, an quartam jure naturæ, et jure institutionis habeat: vel si fuerit arrogatus, an quartam ex constitutione Divi Pii, et jure naturæ, et Trebellianicam possit petere? Et respondet satis se putare in omnibus casibus hujusmodi unam quartam sufficere, argumento cap. 1. §. si quis autem non impiens, in ead. authent. et l. Papinianus, §. penult. D. de inoffic. testam. nisi in casu, quando rogatus esset filius de restituenda hæreditate sub conditione, vel in diem; nam statim potest retinere debitum bonorum subsidium, sed adventiente die potest habere quartam Trebellianicam, ut C. ad Trebell. jubemus: et ista est communis opinio, et quæ practicatur in judiciis, et in scholis, secundum Angel. in l. cohæredis, §. cum filia, D. de vulg. et pupill. et plenè tradit Alexand. in l. in ratione, §. quod vulgo, 5. et 6. col. D. ad l. Falcid. et consil. 142. incipienti, circa primam dubitationem, in 2. vol. et in 2. dubio, Jason. in authent. res quæ, communia de legat. col. 5. et in authent. novissima, C. de inoffic. testam. num. 59. et in l. filium, num. 8. C. famil. ercisc. Decius consil. 55. num. 8. et consil. 228. col. fin. et consil. 419. col. 1. idem etiam esset in ascendentibus à liberis gravatis de restituenda hæreditate sub conditione, vel in diem, tenet Angel. et Cuma. in l. si à milite, §. fin. D. de testam. milit. ubi Bald. de hoc dubitavit: et opinionem Angeli, et Cume sequuntur dicentes eam esse communem, Joan. Crotius in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 22. D. de verbor. oblig. et Aimond. Sab. in consil. 110. quamvis Alexander contrarium tenuerit in dict. §. quod vulgo, col. 7. An autem de isto jure Partitarum, et legum Fori, et Tauri procedat hodie istud de Trebellianica quando filius, vel pater fuit gravatus de restituenda hæreditate, sub conditione, vel in diem? Vide quod dixi in l. 12. in gloss. fin. tit. 5. supra ead. Part. Et quod dixi supra, non posse detrahi legitimam, scilicet debitam jure naturæ, et Falcidiam debitam jure institutionis, etiam quando legata erant conditionalia, vel in diem, tenet Fulgos. in l. quamquam, C. ad leg. Falcid. et istam partem tenet Alexand. in dict. §. quod vulgo,

col. 7. vers. potest etiam ex prædictis dubitari, ubi vult in hoc esse diversitatem inter Falcidiam, et Trebellianicam, quamvis Bald. in dict. l. quamquam, voluerit contrarium. An autem in casu, quo filius potest deducere duas quartas, possit adhiberi remedium, quod unam tantum detrahat? Vide per Alexand. in l. si debitor, D. ad leg. Falcid. ubi tradit quod sic, videlicet ut pater prohibeat Trebellianicam deduci, et jubeat compensari eam cum legitima: vide ibi per eum quam plures ad hoc allegantem. Adverte etiam quod in casu, quo deducendæ essent duæ quartæ, detrahatur prius de universo legitima debita jure naturæ, et postea de residuo Trebellianica, ita vult Gloss. in cap. Raynaldus, super verbo medietatem, et super verbo licet ipsas non expresserit, de testam. et tenet Bald. in dict. authent. de hæred. et Falcid. §. si quis autem non implens.

(4) Donaciones. Habet enim locum Falcidia non solum in legatis et fideicommissis, sed etiam in donationibus causa mortis, l. si quis quadringenta, D. ad leg. Falcid. et etiam in donationibus factis inter vivos, ita tamen si morte confirmantur, l. in donationibus, C. eod. et l. antepenult. C. de donacion. inter vir. et uxor. habet etiam locum in mortis causa capionibus, in dict. l. si is qui quadringenta, et tenet Azo. eod. in summa, column. 1. vers. locum habet Falcidia.

LEY II.— En que manera se deuen menguar las mandas.

La manera en que los herederos deuen baxar de las mandas por la su parte legitima, a que llaman en latin Falcidia, es esta (1). Que primeramente deuen pagar todas las debdas (2) que deve el defunto, tambien las que deve a aquel que establecio por su heredero, como a otros qualesquier, a quien las deuiesse. Fuera ende, si el testador dixesse señaladamente en su testamento, que el debdo que deuia a aquel que establecio por su heredero, que non queria que se sacasse (3) de las mandas, nin se entregasse del. Otrosi deve sacar en ante todas las despensas (4), que fuessen fechas por razon de la muerte del defunto, e aun deve sacar en ante las despensas que fizieren en los escritos del testamento, e en los memoriales (5) de los bienes del defunto. Otrosi deuen ante sacar los dineros que el testador mandasse, para comprar los sieruos (a) que mandasse franquear. Pero en esto y a departamento; ca si el testador mandasse a alguno dineros, por que franqueasse su sieruo mismo (6); de tal manda como esta bien puede sacar la parte que es llamada, Falcidia. Mas si mandasse dar los dineros a algun ome, a quien mandasse comprar sieruo de otro; si todos los dineros entrassen en la compra del sieruo, non se puede porende sacar la Falcidia; mas si sobrassen dineros de la compra, bien se pueden ende sacar (7): e de todo lo al que fuere, puede el heredero sacar la su parte legitima, en esta manera; que si aquella cosa de que fue fecha la manda fuere atal, que se pueda partir sin daño, e sin mal estança della, deve el heredero tomar della su parte (8); mas si fuesse cosa que se non pudiesse partir, assi como sieruo, o cavallo, o libro, o otra cosa semejante, estonce deuenla apreciar (9), e del precio della deve tomar el heredero la su parte. E si el heredero quisiesse tomar su parte entera en vna cosa (10) apartadamente, que fuesse mandada a otro, non lo puede fazer, si non fuere con placere de aquel a quien fue mandada.

(a) Respecto á la esclavitud puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

LEX II.— Antequam detrahatur Falcidia, deducitur de bonis defuncti æs alienum, etiam ipsi hæredi debitum, nisi testator prohibuerit deduci, quod debet hæredi: deducuntur etiam expensæ funeris, et inventarii, et instrumenti testamenti. Item non detrahatur Falcidia de pecunia relicta ad emendos servos alienos et manumittendos, nisi in eo quod excedat pretium emptionis. Ex legato tamen quo quis gravatur, ut propriam servum manumittat, detrahatur Falcidia; de cæteris verò rebus detrahatur in eisdem rebus, si divisionem recipient, aliàs in æstimatione: neque potest hæres eligere Falcidiam in una re alii legata, nisi de legatarii consensu. Hoc dicit.

(1) Es esta. Prosequitur dicta Azon. C. ad leg. Falcid. in summa. col. 2. vers. sic autem ponitur.

(2) Las debdas. Adde l. qui fundum, §. si quis hæredem, D. eod. C. eod. in l. irritum, et l. in imponenda.

(3) Non queria que se sacasse. Adde l. si debitor, D. eod.

(4) Las despensas. Impensa funeris omnino deducitur, quia necessaria est, ut hic; et intellige, ut habetur in l. 1. §. de impensa, D. eod. et l. 2. et in §. cum autem, Institut. eod. tit. ubi vide, quid si monumentum sit sumptuosum, quod testator jussit fieri, an detrahatur Falcidia de superfluo ultra necessitatem secundum qualitatem personæ defuncti, nam Angel. in dict. §. fin. et in l. hæreditas, §. 1. in princ. D. de petition. hæred. tenet, quod cum hoc tendat ad ornatum ecclesiæ, dicitur relictum ad pias causas, et sic indistinctè cessabit Falcidia. Joan. de Imola tamen ibi tenet contrarium, quia non videtur propriè respicere piam causam, quatenus expenditur ultra necessitatem, sed potius tendit ad vanam gloriam et solatium vivorum, et memoriam defuncti. Alexand. ibi transit cum Ang. post Raphaela. et Paul. de Cast. cum limitatione tamen, quod hoc tendat ad ornatum ecclesiæ, quia relicta ad ornatum ecclesiarum enumerantur inter legata pia, ut tradit idem Alexand. in l. 1. §. ad municipium, D. eod. Si ergo, secundum qualitatem defuncti dedecus esset sepeliri in terra, impensa necessaria reputabitur constructio monumenti ad sepeliendum eum, dum tamen talis impensa sit decens statui suo, ut declarat Joan. de Imol. in dict. §. de impensa, seu final. D. eod. et Angelus Aret. in §. fin. Institut. eod. Quid autem de expensis, quæ fiunt in exequiis prælati mortui; an sint solvendæ de dignitate, vel de bonis prælati mortui, vel ejus hæredum? Vide per Abb. in cap. ut præteritæ, de elect. ubi refert se in hoc non vidisse auctoritatem Doctoris antiqui, et quod Cardin. ibi brevissime dixit se credere, quod sint fiendæ ex bonis prælaturæ, quia procedunt ad negotium electionis, ut in cap. bonæ, el. 2. de elect. Abb. vero ibi refert se ad disputationem suam, quæ incipit Sempronius, concludit, quod expensæ concernentes remedium seu solatium animæ defuncti, fieri debent ex bonis prælaturæ, quantumcumque prælati habuerit proprium, per argumentum optimum in cap. ad Apostolicæ, de donation. et in cap. bonæ rei. 12. quæst. 2. et in cap. ubi periculum, de elect. lib. 6. expensæ verò, quæ fiunt ad consolationem et pompam vivorum, ut magnus apparatus funerum in vestibus et aliis similibus, istæ non sint deducendæ ex bonis prælaturæ: videas ibi per eum, et plenè in dicta sua disputatione. Quid autem si Papa det clerico licentiam testandi de his, quæ habuit ex titulis suorum beneficiorum, ad quem spectet impensa funeris tunc, vide per Decium in hoc consulentem, consil. 157. incipit, queritur, de expensis funeralium Reverendissimi Cardinalis Tributii, et quatenus ibi tradit, quod translatio bonorum videtur facta cum oneribus suis. Adde ad allegata ibi per eum l. 2. §. si quid, D. de hæred. vel action. vendit. quæ magis in terminis facere videtur. Quæ autem dicantur impensæ funeris (seu per razon de la muerte, ut in ista lege dicitur) dic, quod quidquid in hoc fuerit erogatum antequam corpus sepeliatur, l. at si quis, §. funeris causa, et l. funeris sump. us, D. de religio. et sumptib. funer. optima l. 12. tit. 15. Partit. 1. ex quo inferitur, prout inferit Michael de Cifuente in l. 50. in Ordinam. Tauri, quod impensa facta in pulsatione campanarum, et in recommendatione clericorum, et inductione corporis ad ecclesiam sepulturæ, et in apertura sepulturæ, et in Missis, cera, et obligationibus, quæ offeruntur, et in vestibus luctuosis, dicitur impensa funeris; allegat glossam notabilem, et ibi Angel. in l. si ex re, §. fin. D. de stipulat. servor. Cætera verò quæ expendantur sepulto jam corpore, non dicuntur impensa funeris, nisi in casu cum corpus sepeliatur de nocte, et postea die sequenti antequam divertatur ad extraneos actus, efficiantur exequiæ, nam etiam tunc dicitur impensa funeris, secundum Cardinal. in Clement. dudum, in §. verum 4. quæst. de sepulturis. Legem tamen istam et si-